Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

comunicaco sanguis xpi est Et panis quem frangimus nonne partici
paco corporis domini est ℣ Quoniam vnus panis et vnum corpus multi sumus
nam omnes de vno pane et de vno calice participamus Et panis Lux
Vita enim enim eterna verbum in principio erat apud deum
et deus erat verbum et vita erat lux hominum Ipse vita eterna
dedit et carni suscepte vitam eternam morti vertit sed die tercia
resurrexit Inter verbum suscipiens et carnem resurgentem
mors media consumpta est Ego sum inquit panis vite
Patres vestri manducauerunt in deserto manna et mortui sunt Hoc
est vnde superbitis Manducauerunt manna et mortui sunt
Quia quod videbant credebant quod non videbant non intelli
gebant Tu autem R M elchisedech vero rex salem proferens
panem et vinum erat autem sacerdos dei altissimi Benedixit abrahe
℣ Benedictus abraam deo excelso qui creauit celum et terram Bene
dixit abrae et ait Gloria patri Benedixit Ante laudes ℣ Qui edunt
me adhuc esurient Et qui bibunt me adhuc sicient Ad laudes
an S apiencia edificauit sibi domum miscuit vinum et posuit men
sam alleluia an Angelorum esca nutriuisti populum tuum et panem de celo
prestitisti illis alleluia an Pinguis est panis xpi et prebet delicias reg
bus alleluia an Sacerdotes sancti incensum et panes offerunt deo alleluia an
Vincenti dabo manna absconditum et nomen nouum alleluia Capitulum
Ego accepi a domino quod et tradidi vobis quoniam dominus
ihesus in qua nocte tradebatur accepit panem et gracias agens
fregit et dixit accipite et manducate hoc est corpus meum
quod pro vobis tradetur hoc facite in meam commemoracionem
Deo gracias ℣ Omnia a te expectant domine Vt des illis escam in tempore oppor
tuno Ev an Ego sum panis viuus qui de celo descendi si quis man
ducauerit ex hoc pane viuet in eternum alleluia Collecta Deus qui
fidelium mentes per vnigeniti tui corporis vt supra in primis
vesperis Ad primam an Sapiencia edificauit Cap Iudei vo
luntate sanctificati sumus per oblacionem corporis xpi ihesu
in semel Deo R X pe fili dei viui ℣ Qui sedes ℣ Cibauit nos
dominus ex adipe frumenti Et de petra melle saturauit eos Collecta
Deus qui gloriosi corporis et sanguinis domini nostri
ihesu xpi misterium manere voluisti da nobis quesumus eius
presenciam corporalem ita venerari in terris vt de eius visi
one gaudere mereamur in celis Qui tecum Ad terciam an
Angelorum esca nutriuisti Cap Quicumque manducauerit
panem vel biberit calicem domini indigne reus erit corporis
et sanguinis domini Deo R P anem de celo dedisti nobis domine